



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

V. Licet quis sororem vxoris suae cognouerit, non debet propter hoc ab
vxore separari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

quod si delictum eius , sicut nobis significasti , occultum existit , poenitentia sibi condigna debet imponi , nec ab vxore tanti sceleris inscia est propterea separandus . Si vero id notorium esse dinoscitur , & ab vxore debet separari , & sine spe coniugii permanere .

C A P . V . *Idem Verulano episcopo , in eodem libro .*

Ex relatione I. latoris praesentium , & ex tenore tuarum literarum accepimus , quod cum idem I. fororem vxoris suæ carnaliter cognouisset , & cum ea diutius permanisset , tu eos ab inuicem separasti , & iam dictum I. ad nostram audientiam destinare curasti . Super quo vtique fraternitati tuæ duximus respondendum , vt eum Hierosolymam studeas destinare . Deinde cum ad propria redierit , ne ex abstinentia illorum forte deterius contingat , dissimulare poteris , quod vxori suæ cohabitetur , non tamen vt eis ad hoc licentiam tuam aut fauorem aliquatenus indulgere videaris .

C A P . VI .
Idem Gradensi patriarchæ in eodem libro .

Ex tuarum literarum tenore accepimus , quod V. presbyter viuendi leuitate vñsus , cum quodam infami ad prauitatum locum immundos spiritus inuocaturus accessit . Vnde eum , quia propter hoc infamia laborat , & facinus publicum & notorium erat , ab officio & beneficio ecclesiastico suspendisti . Ipse autem coram nobis viua voce proposuit , quod non ea intentione , vt inuocaret dñmonem , ierat : sed vt per inspectionem astrolabii , furtum cuiusdam ecclesiæ posset recuperare . Verum licet hoc ex bono zelo & ex simplicitate se fecisse proponat , id tamen fuit grauisimum , & non modicam inde maculam contraxit . Sed quoniam tutius est , in dexteram quam in sinistram , & in misericordiam quam in seueritatem declinare : ipsum fraternitatitua duximus remittendum , monentes atque mandantes , vt secum misericorditer agas , & sibi infra octo dies post harum susceptionem , ecclesiam cum omnibus ablatis restituas , & talem ei pro expiatione illius delicti poenitentiam imponas , quod per annum & amplius (si tibi visum fuerit , ita tamen , quod biennium non excedat) eum ab al-

Ex dissimu-
latione co-
habitate , nō
ex fauore .

ANNO
CHRISTI
1175.